



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

248. An liceat Sacerdoti post ablutionem sumptam consumere
particularum fragmenta, si in alia Missa fuerunt ab alio Sacerdote
præconsecrata? Ex quo infertur, quod si pars aliqua Eucharistiæ, quæ in

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

tione Ecclesie sumere non teneatur; & sic nihil nisi ablutionem, qua sit ad perfectam consummationem eiusdem sacrificij ad quam perfectam consummationem cum pertineat praedicta sumptio reliquarum, nulla est ratio, cur liceat eas sumere priusquam Sacerdos recedat ab Altari, & non liceat statim postquam recessit, cum non obstante recessu adhuc non sit perfecte consummatum sacrificium ob praedictas inaduententer relikas reliquias. Et præterea magis reveretur Sacramentum, si statim sumuntur etiam post recessum ab Altari, quoniam si relinquantur in patena, aut in Calice, & maximè sine lumine; & facile possint interim decurrere & perire. Huc usque Magalini.

3. Sed si queras hinc obiter, cuius quantitatibus esse oportet huiusmodi reliquias, ut liceat post ablationem sumi possint. Respondet Sotus in 4. disp. 12. quest. 5. art. 8. ad 8. sic afferens. Si magnam hostie portionem in linteolis post lotionem Sacerdos inueniret, consilium esse, illam in pyxide reservare in crastinum, & in hanc sententiam inclinat Henriquez lib. 8. cap. 50. n. 2. & in glossa litera G. Sed ego puto nullam inter magnas & parvas particulas differentiam assignandam esse: nam est eadem omnino ratio omnium, cum pertineant ad eamdem actionem sacrificandi per modum unius, & integra dictio perfunduntur: quare non est quantitas attendenda. Ita Suarez tom. 3. disp. 68. sect. 6. cap. 2. Reginaldus in præ. tom. 2. lib. 29. cap. 6. num. 123. Fagundez part. 3. lib. 3. cap. 5. num. 29. Persecus de officio Sacerdoti. lib. 1. dub. 12. n. 118. Bonacina de Sacrament. disp. 4. q. 6. punct. 2. n. 15. Megalius in promulgatorio, tom. 2. verb. Eucharistie Sacramenum suscipiēs, n. 23. Coninch de Sacram. q. 80. art. 8. n. 67. & alij. Filius in tom. 1. tract. 4. c. 8. n. 139. Sotus in 4. disp. 12. q. 7. art. 8. Victoria in summa v. 83. cum aliis. Et ratio est, quia absumpcio harum reliquiarum in alia Missa præconsecratarum non est completio coniuicij: celebrante parati.

2. Sed contraria sententiam teneant communiter Doctores, ut Vasquez in 3. part. tom. 3. disp. 211. cap. 5. num. 55. Suarez tom. 3. in 3. part. disp. 68. sect. 6. cap. 2. Reginaldus in præ. tom. 2. lib. 29. cap. 6. num. 123. Fagundez part. 3. lib. 3. cap. 5. num. 29. Persecus de officio Sacerdoti. lib. 1. dub. 12. n. 118. Bonacina de Sacrament. disp. 4. q. 6. punct. 2. n. 15. Megalius in promulgatorio, tom. 2. verb. Eucharistie Sacramenum suscipiēs, n. 23. Coninch de Sacram. q. 80. art. 8. n. 67. & alij. Filius in tom. 1. tract. 4. c. 8. n. 139. Sotus in 4. disp. 12. q. 7. art. 8. Victoria in summa v. 83. cum aliis. Et ratio est, quia absumpcio harum reliquiarum in alia Missa præconsecratarum non est completio coniuicij: celebrante parati.

3. Dicendum est igitur reliquias Eucharistie non in illo sacrificio, sed in alio præcedente consecratis, vel in sacristo reposatis ad communicandum populum regulariter loquendo consumendas esse ante ablutionem, nec posse post ablutionem consumi, quia non pertinent ad idem sacrificium, ac proinde nec ad eamdem actionem sacrificandi, & ideo non possunt per modum unius cum Sacramento tunc consecrato post ablutionem à Sacerdote sumi. Quare inferrur, quod si pars aliqua Eucharistie, quæ in pyxide seruatur inter communicandum populum, in linteum vel corporale altaris ceciderit, etiam si sit minimæ quantitatis, non potest à Sacerdote post ablutionem sumi, sed in sacristo reponi debet seruari.

4. Non desinam hic adnotare citatum Marchiñi etiam in Ordine ad Laicos suam sententiam exēdere: sic enim afferit, ubi supr. n. 16. Ampliatur in laicis infirmis, quibus post sumptum hostiolam simul cum ablutione, vel paulo post licebit reliquias Sacramenti tradere inuentas in calice, vel in pyxide; si cœtur moris est in Religione Sanctæ Mariæ Fulienensis &c. z. Ordinis Cisterciensis, & passim vidi in præ. apud multos in multis civitatibus, & oppidis. Et ratio esse potest, quia sūptio illa reliquiarum ob minimam temporis moram cœntur una & eadem actio moralis cū mandatione hostiolæ, quam ieiunus accepit, ut diximus de Sacerdoti; & ideo erit licita. Ita ille.

5. Sed contrarium docet Fagundez part. 3. lib. 3. cap. 5. n. 31. vbi sic ait: Rogabis an possint huiusmodi reliquias inuenta dari alieutex his, qui communione Eucharistie acceperunt, præsertim post sumptam aquam. Respondeo huiusmodi reliquias dari per se loquendo non posse laicus post sumptam ablutionem, quia hoc non pertinet ad eorum ministerium, cœntur enim eorum actio perfecte consummata in ipsa prima sumptione ipsius Sacramenti, quare nec illis etiam dandæ sunt post finitam communionem, etiam si ablutionem non sumplerint, nisi simul dentur cum priori formula, quia tunc cœntur una moralis communio: post hanc vero primam communionem non possunt laici iterum communicare per se loquendo, illa autem sumptio reliquiarum est vera communio, si per se ac separatis fiat. Ergo, &c. Hoc Fagundez. Qui adde etiam periculum. Vasquez, Reginaldus, Suarez Bonacinam locis citatis: vide etiam Gaetanum tom. 2. opus. ar. 3. de celeb. Misericordia. ad 3. Tabernaculum verb. M. I. q. 42. n. 43. in fine. Armilla cod. verb. n. 26. in fin. Et Henriquez. lib. 8. c. 50. n. 2. in glossa litera H. & P. Unde ex his, ut verum fataer, non possunt his duabus Marchini opinionibus adhære, que tamen ait sint probabiles, remitto aliotum iudicio.

RESOL. CCXLIX.

An Sacerdos inueniens fragmentum Hostie ex Sacrifice

610

RESOL. CCXLVIII.

An liceat Sacerdoti post ablutionem sumptam consumere particularum fragmenta, si in alia Missa fuerint ab alio Sacerdote præconsecrata? Ex quo inferitur, quod si pars aliqua Eucharistie que in Pixide seruatur, inter communicandum populum in linteo, vel corporale Altaris ceciderit, etiam si sit minima quantitatis, non potest à Sacerdote sumi post ablutionem, sed in Sacario reponi debet, & cœseruari? Et an laicis infirmis post sumptum hostiolam simul cum ablutione, vel paulo post liceat Reliquias Sacramenti tradere inuentas in Calice, vel Pixide?

Et adiungitur, quod catervis laicis post finitam communionem danda non sunt prædictæ Reliquiae, etiā si ablutionem non sumperint, nisi simul dentur cum priori formula? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 23.

§. 1. **D**icitur est suprà posse Sacerdotem consumere reliquias particularū à se consecrata. Sicut haec dictarum inuentas post ablutionem: sed difficultas est, si fuerint præconsecrata ab alio in alio Sacrificio: fca. & fca. & nonnullæ sententiam affirmatiuam docet Philibertus Marchinus de sacram. Ordinis tr. 3. p. 3. c. 3. lib. 1. Kel. 130. vbi sic afferit. Ampliatur, ut non minus liceat Sacerdoti post sumptum ablutione consumere prædictæ Reliquiae ab alio, quam à se ipso, si in Patrinia in tr. 2. tena vel Calice reperiuntur. Primo quia diuerfitur Ministeri non videtur ad rem facere, cum sit circumstancia accidentalis. Secundo sic audiui practicari in multis Religionibus extrema doctrinæ & sanctitatis. Terterò difficile est recte scire, an illæ reliquiae inuentæ post ablutionem sint ex præconsecratis ab alio, vel à se ipso; cum sepiissimum in patena vel calice repetiantur etiam particularæ præconsecratae ab alio. Quartò in die Paracœus post sumptionem ablutionis Sacerdos consumit reliquias præconsecratas die præcedenti, si quæ ait in patena, vel in calice remaneant: ergo idem licebit omni tempore. Ita Marchinus.